The Digital *Liber exceptionum* Project (https://exceptiones-project.wlu.ca)

Ieronymus super Ysaiam lib. 11 (fol.77rb)

1. In prologo. Non sic adulandum est principibus ut sanctarum scripturarum ueritas negligatur nec generalis disputatio unius persone iniuria est.

   Neque enim sic adulandum est principibus, ut sanctarum Scripturarum ueritas neglegatur, nec generalis disputatio unius personae iniuria est.

   Hieronymus Stridonensis, *Commentariorum in Esaiam libri XVIII*., 11 (CCSL 73, M. Adriaen & G. Morin, eds., p.428, ll.28-30).

2. Reputabo omnes annos meos in amaritudine. nulla res longa mortalium est. omnisque felicitas seculi dum tetur amittitur. cum enim tribulationis tempus aduenerit omne quod preteritum est nichil adiuuat sustinentem.

   Reputabo omnes annos meos in amaritudine animae meae.... Nulla res longa mortalium est, omnisque felicitas saeculi dum tenetur, amittitur. Cum enim tribulationis tempus aduenerit, omne quod praeteritum est nihil adiuuat sustinentem.

   Hieronymus Stridonensis, *Commentariorum in Esaiam libri XVIII*., 11 (CCSL 73, M. Adriaen & G. Morin, eds., p.448, ll.28-29, 21-24). cf. Is. 38:15